

Ayano

# ENEVOLO LECTORI (3)

DOMINICVS MAGRVS S.D.

X vngue Leonem profectò agnosces , Amice  
Lector , cum lucubratiunculam hanc Hyblæa  
suauitate perlitam attente lustraueris , quæ de  
fastigio summi ingenij particula descendit . In-  
de namque mentis diuitias merito argumentaberis ,  
quas Amplissimus Cardinalis virtutum Patronus , &  
lacer iustitiæ , pietatisq; Mysta vbique præbet , cuius  
munia non nisi merita sunt . Hanc itaque Diatribem  
multiplici eruditione , solidaque doctrina refertam  
ad Te dare institui , vt (quod necessariò solet sequi )  
de quo benè existimas , illum etiam diligas , & colas .  
Interim Typographo errata ignosce , & Vale .



10. *Leucanthemum vulgare* L. (L.)

Coff. 2

# An Chocolates aqua diluta, pro ut su hodierno sorbetur, Ieiunium Ecclesiasticum frangat, Controversia Percelebris.



Vāmuis rerum plurimarū, præclarissimorūq; remediorū, quibus nonnullas Naturā exornauerat. Regiones, nostras hasce, aliasq; expertes, indigentesq; fecisit, ita vt iuste conqueri posse videremur.

Priscis tamen, nostrisque præfertim iucuis, comunicatis veluti Terrarum Orbe, industria feliciori, se'ctissima quoq; & in delicias, & in præsidio procreata, ad promiscuum vsum humana felicitas nobis etiam comparauit. Hinc nostra hac tempestate Hispaniarum Regna Mexicana arboris fructus, ad potum apud illas Gentes, admixtis alijs, concinnatos asciuerunt ad feedus, atq; ex alieno celo petita, sociato commercio, illa, que barbaro nomine Chocolates ab indigenis vocabatur, in Hispanias primum inuecta, mox in Italiam transgresa, alijs demum donata Provincijs, propter liquoris salubritatem, & nomen sibi magnum, & Cuiutatem feliciter est affectua, adeò secundis euentibus, vt non in deliciarum illecebros tantum admissa, sed utilitatis præstancia ad studiosorum contubernium euocata, in religiosiora se se infuderit claustra. Cumq; apud istos frequentior, & accurriator vigeat abstinentia, in Neotericorum incidit mentes dubitatio.

Anceruato ecclesiastico Ieiunio consueto more, usurpari possit impune huiusmodi potionis haustus, ita vt iniecta Chocolatis pulueris vicia in sex, septem, aut amplius sim, licet aqua (vt tam ex Mexicanorum Medicorum, quam Hispanorum monitis parari consueuit) perpetuari possit, nec Ieiunium inde violetur.

In hac igitur discutenda controversia, vt ad ordinem, & **EUTAESIA** nos referamus. Primò pro veraq; confitantium parte rationes presentemus. Secundò Authors enumerabuntur, qui affirmatiuam amplexi pro fractione scripsere; quique, ex aduerso pro negativa propugnauerunt.

Vt ad erutinam, rationibus reuocatis, scriptorumq; autoritate perpensa, quid pro recte formanda conscientia, erui exinde poterit sinecere promamus, vt veritas agnoscatur. Deum contrarijs rationibus respondendum erit.

Subiectum animam de hac re scribendi cupiditas, cum aliquorum recentiorum, & præfertim doctissimi Medici Gasparis Caldere in suo Tribunalis Medico Magico, & mei amicissimi, lucubrations perspexisse; hic per multa ca-

pita sui Tractatus, fundamenta, quibus affirmativa nititur, quā medica, quā theologica certamen educit, conaturque negatiuam exercere, & fractionem inducere, sed meo iudicio, victoria non est affsecutus.

Tota autem vis difficultatis, vt arbitror, sit in eo, scilicet in hac positione ratio alimenti, vires superet potus, adeo quod primò, & postea, non autem per accidens nutritiat. Nam supposito, quod in Chocolate duas partes ad finit imparabiles (vt in vī est) iūs, quā potabilis ratione fortuit ut liquida, & fluida; alia, quā veram habet rationem alimenti, disquisendum viderit; An in hac ratio alimenti per se ualeat, an verò potus.

Cuncte energia Theologicorum argumentorum, tamquam in basim, vt ita dicam, in rationicationes iatrophysicas collocetur, ha pariformer erunt expendendæ.

Primo igitur à nobis videndum erit, quid sit alimentum, quid cibus, quiduè potus quantum ad rem nostram conferre poterit.

Secundò de viribus vini, coeterarumque magis frequentium potionum.

Terter. An Chocolates in suo natali solo, cœloq; vt potus, vel vt cibus usurpetur, & hoc quoad physiscam inflectionem.

Pro morali vero videndum, quid nam Ieiunium frangat Ecclesiasticum ex materia potuente, & an vinum, vel quid aliud?

Hacque dicta erunt, vt disceptationi, veritatisq; cognitioni prælueant.

Ad primum igitur in Physica disceptatione sciendum ex Hippo. & Galenī sententia primo de Alim. cap. 7. Alimentum esse, quod ex natura sua facilè in alti substantiam convertitur, & loco desperdit reponitur secundum necessitatem partium calendarum. Quod tamen in potu reperiiri aequè potest, ac in cibo, cum sit res alimentosa, vt infra apparebit. Cibus si quidem responderet fami, sicut potus sit, quo quicquid humidioris substantia effluxit, restituimus; sicut cibo, quicquid siccioris substantia est desperditum reponimus. Aris. 2. de Anima 28. Auerr. lib. 2. Coll. c. 13. Gal. de sanit. Ab. 1. cap. 2. Vnde ex eod. in Aphorism. Com. 2. aphor. 11. & in method. meden. lib. 14. cap. 15. Potus nutrit, & si non superat in ratione nurriendi solidiora, superat tamen nutritiendi celeritate: nutritio enim ex sanguine sit, & sic celerius per potum. Gal. 2. de depr. Hippo. cap. 1. & licet non prebeat eutrophicam nutritionem, & vberiore, vt cibus, nihilominus nutrit etiam per se, & vires fouet, & reficit,

4  
cit, vt ait *Arist. prob. sc. 5. 28. num. 5.* & 6.  
qui sicut res duas desiderat cibum, atq; refri-  
gerationem; isthac enim ambo potio exhibet.  
Ad secundum de viribus aliquarum potionum.  
& praeferim vini (quod inter ipsas principem  
locum obtinet) certum est, ex vinis aliqua-  
oligophora; aliqua poliphora reperiri, istaq;  
præ illis multo magis nutrire, roburque secum  
maiis afferre, adeoq; etatem pati, vt & 200  
annorum apud *Plin. lib. 14. cap. 4.* & *lib. 19. cap. 4.*  
reperi legatur, & *Arist. 4. Meteor. tex. 48.*  
ita crassiora Arcadicæ reddi, quod comedendi  
posse videri affirmet, nisi aqua diluantur. *Ro-*  
*digin. lib. 28. cap. 36.* Vnde ad vinorum etia-  
tem dignoscendam, tabella vinarijs impone-  
hatur vasis, ut apud *Petron. in Satyric. ibi.* Sta-  
tim allata sunt amphora vitrea diligenter  
gypfatæ quarum in cervicibus pittacia erant  
affixa cum hoc titulo. Falernum Opimium cum  
annorum centum, & Iuuen Satyr. 5 cuius pa-  
triam, titulumq; seneccus Deleuit, multa ve-  
teris fuligine testa. Plurima videri de hoc doc-  
umento possunt apud *Stuchium in suis Ante-*  
*quit. Coniuial. lib. 2. cap. 10. Bulg. lib. 3. de-*  
*Coniuial. cap. 2. Baccum de nat. vim. & sexcen-*  
tos altos.

Huiusmodi autem generofum vinum, quamvis  
*aztecor* robuste nutritre apud omnes ita co-  
pertum est, vt de eo dubitari sit nefas; non-  
nula tamen testimonia antiquam præser-  
tim, & celebriorum conferemus. *Oribas. lib.*  
*4. Synop. cap. 12.* & *coll. lib. 3. cap. 13.* Vi-  
num, ait, nutritre proportione crassitie. *Gal. de*  
*composit. pharmac. 2. loc. cap. 7.* & *de alimentis*  
*facult. cap. 40.* Vinum nutritre, concoquere,  
robore, & de eorum esse numero, quæ no-  
strum corpus alunt; adeo vt Pergamenum  
æquè ac suillanum carnem, qua Athletæ, & Pale-  
stritæ veluntur, nutritre affirmit. Quem re-  
fere, & sequitur *Seacc. de salubr. cib. cap. 17.*  
*Arist. Probl. sc. 28. prob. 5.* Sitis, ait, rerum  
duarum libido est potionis inquam, & cibi;  
fames vnius cibi tantummodo. Vbi Pet. de  
Apono antiquus Commentator, & Concilia-  
tor dictus notandum infert, quod cum potus  
sit triplex; primum per potum auditur illus.,  
qui est cibus, & potus simul, vt vinum; nutrictus  
enim, refrigerat, & humectat. Ex quibus concludit  
*Seacc. loc. cit. Arist.* non simpliciter tan-  
tum sensisse vinum nutritre, sed vt cibum Quod  
confirmat ex *Hipoc. sc. 2. Aphor. 21.* vbi  
famem, thorexi, idest vini potionē sedari af-  
firmat. Idem *Atheneus lib. 2. cap. 3.* initio, &  
apud eundem *lib. 1. cap. 1.* Mnasitheus ait, &  
robur ingens præber illud corpori. Idem sentit  
*Card. de Sanit. tuend. lib. 1. cap. 32.* *Mat-*  
*tiol. ad Dioſ. lib. 5. cap. 7.* *Gross. de cib. & po-*  
*tu. qu. 8.* *Bacc. de nat. vini lib. 3. cap. 4.* & 5.  
comparat cum pane inter alimenta ex *Hipoc.*  
& *Gal.*

Hocq; non tantū de antiquis, de quibus sup. Chijs,  
Cojs, Thasjs, Cretis, & alijs, sed de nostris  
hodiernis intelligit, Manciauerris, Lagrimis,  
Vernacijs, & similibus, adeo quod de his ve-  
rū sit etiam dicere *aztecos non taxeos*  
& sic vniuersim, & velociter enutrire.

Consequenter alia iungenda sunt potuenta, vn-  
de de Ceruisia aliquid dicendum; quæ Hispani-  
am, Galliam, vtramq; Germaniam, & om-  
nes Regiones, vbi. Star glacies iners menses  
per omnes, vt ait *Hor. lib. 3. Od. 9.* vt propria-  
tiam Patriam agnoscit, hanc ex tritico concin-  
natam alij bibunt, vt obseruat *Baccius lib. 7.* de  
Bohem. & *Nonn. de cibar. lib. 4. cap. 17.* &  
noſter Cald. lib. cit. sc̄. 4. cap. 1. cumulate, &  
apud eum *Manard. lib. 18. Epi. 7. cap. 5.* alij  
ex hordeo, alijs frugibus, herbisque paratam,  
vnde *Tacit. de morib. German.* Potus humor  
ex hordeo, aut frumento in quamdam simili-  
tudinem vini corruptus, *Plin. lib. 17. c. 7.* Gal-  
lia, & Hispania frumento in potum resoluto  
vtuntur, at semper ex graniis optimis, & aquis  
salubribus, & monet *Scarand. de ratione con-*  
*seru. sanit. cap. 8.*

Hinc quantas obtineat vires potio hæc per se pa-  
tere posset, sed adhibeamus adhuc Testes ex-  
periencia probatissimos. Idem *Nonn. loc. cit.*  
vin illi tribuit inebriandi ex lupuli admixtio-  
ne, sicut maximè nutriti ex frumento, quo calidior redditur, subditque. Ideo videre est,  
modico cibo contentos esse, qui tales cervisiae  
liberalius bibunt. idq; prius aduerterat *Grat-*  
*atol. in lib. de Vini nat. cap. 24.* vbi de ceru-  
isia meminit, & quod maximè nutrit, præferit  
Polypyra incorrupta fruge composita, &  
pag. 235. Nutrunt, inquit, omnes probatae cer-  
uisiae, & sunt boni succi, vires, roburq; corpori-  
bus addunt, quemadmodum in Partibus  
septentrionalibus, vbi tantum eiusmodi potu-  
Incolæ fruuntur, hominesq; formosissimi pariter, ac robustissimi inueniuntur. Ita ille. Idem  
& *Manard. loc. cit.* quod similiter dici posset  
de Celia huic potionis affine, vt apud *Iſid. lib.*  
*20. Oros. Hisp. lib. 5. cap. 17.* *Nonn. loc. cit.* &  
alios.

Preremittimus autem, vt ad rem nostram parum  
spectantia, alia potionum genera, vt vinum  
palmarum, quod apud Sinas commendatur.  
*Gonzal. in Hisp. Sinen. cap. 20. par. 2.* Chiā,  
sive Cia apud Iaponios. *Seacc. d. lib. c. 2. Bar-*  
*tol. in Hisp. Societ. &c. 1. par. Asia lib. 3. pag.*  
187. commendato; vt validè salutiferum potum,  
& *Maff. Hisp. Ind. lib. 6.* & *lib. 12. vbi lib. 5.* ait  
de Sagu arboris ramis artificis manu concis-  
is, leuanda siti mirifico sapore simul, & salu-  
bitate candidus liquor exiudat, quem vulgo  
Tuacam appellant.

Itidem de Caphè, de quo post coeteros, *Petrus*  
*de Valle in suo itinerario Turcico Ep. 2. pa. 110*  
& *Epiſt.*

*Epist. 3. pag. 151. & Butius d. Antiquit. potu  
cap. 10 sicut de vino ex Maizio (quod est frumentum Indorum Occidentalium) cum aqua, & melle, ut apud Lopez de Gomara in Hist. Hisp. del Mexico, pag. 319.*

*H*omines, & similes potionis nihil dubium est; quin alimentos simul, & nutritiæ sint, rotuleq; alant, ut Scriptores citati docent, & alij, quod omne non parum nobis deseruieret ad argumenta affirmatiæ opinionis maximè conuellenda, & idcirco uberiori rem pertractauimus.

Supereftnunt tertius Physicæ Inspeccioñis Articulus prodromus. An icilicet Chocolate in suo natali solo, ut cibus, an ut potus agnoscatur. Et quidem in hoc audiendi sunt ijs ipsi, qui vel in illis wixerunt Regionibus, vel ab alijs fide dignis & in eisdem Provincijs versatis scriptoribus excepterunt.

*Aucta de Procur. Indor. filiat. lib. 3. cap. 22. ita  
script. De Sicera (quam Indorum robustam,  
& salubre, & ausefactis non iniucundam vo-  
cat potionem) de Sicera inquit (sic. n. iam du-  
dum voco istam vulgarem Indorum potionē,  
sive Maizio, sive Cacao, sive quoniam alio gene-  
re constet) nullo modo negare possunt quicūq;  
ista experti sunt &c. Ita ille. Vbi obiter notandum  
hunc Authorem, verbo hoc (Sicera) origine  
Hebreo vsum fuisse (de quo apud nostros  
latinos lexicographos) nulla mentio (nisi in  
suo lexico ecclesiastico) Benè Ximenez Arias,  
noster Magistrus in sua Notitia v. cap. V. Sic-  
era team accipit pro quaquis potione apta ad  
inebriandum, ut significaret vinum ex fructibus;  
& sic vocare Chocolaten vniuersitate (cum  
apud Latinos municeps adhuc non sit) eius  
vires simili exageraret.*

*Herrera decad. 4. Hist. de las Indias Occident.  
lib. 9. cap. 13. & alibi loquens de Incolis ipsis.  
Beuen el vino, y Cacao, que lo embuelan en  
pimienta y molido con el maiz lo deslien en  
agua, y lo beuen, quod confirmat Ioh. de Bar-  
rios apud eund. Cald. cap. 5.*

*Ioh. de Laet. lib. 6. Descript. Occident. Ind. cap. 2.  
simplex potio Cacao refrigerat, & nutrit insi-  
gniter, & initio d. cap. ait Principalem vsum  
in potu, quem conficiunt, Chocolatem vocant,  
infanum in modum ab Incolis harum Regio-  
num dite etum &c.*

*Lopez de Gomara, in d. Hist. Hispano idiomate,  
del Mexico. Y su conquista Cap. de los vinos y  
borrachez pag. mihi 319. La mejor, mas delicada,  
y cara beuida, que tienen es de harina de  
Cacao, y agua: algunas vezes le mezclan miel,  
y harinas de otras legumbres, esta no embora-  
cha, antes refreñca mucho, y per esto lo beuen  
en calor, y sudando. Huic insuper subscribit  
noster Cald. loc. cit. adeo, quod satis roboret  
videatur, & vitra quam effet opus, cum in ore*

*duorum, vel trium stet omne verbum.  
Subdenda nunc est Moralis hypothesis de Ieiunio Ecclesiastico, eiusque violatione.*

*Et primum dicendum aliquid de prisco antiquo-  
ritate Christianorum vnu circa Ieiunia, qua se-  
cundum noonullos Scriptores à cibis, & à vini  
presertim potu simul erat abstinentia. Insi-  
gnis ad hoc probandum est locus Tertull. de  
Ieiun. contra Psychicos (quæ apud neminem,  
quos viderim, eorum, qui de hoc arguento  
scripsere, perperum reperi) ibi, Qualis enim  
elus, talis & potus: verisimile non est, vt quis  
dimidiat gulum Deo immplet, & cum ibidē  
de quadragesimale Ieiunio loquatur, eleganter  
addit. Ipsa natura enunciabit quales n. s ante  
pabulum, & potum in virgine adhuc saliuia  
exhibere confuererit. Nam illud quartæ, &  
sextæ feria argutè vocat, semiejunium. Hora  
enim nona saluebatur; at quadragesimale  
vesperi, & sole occidente.*

*S. Clemens lib. 5. Constat. Apost. cap. 19. licet in-  
telligi debet de hebdomada maiori, ut patet,  
dum dicit, A vino, & carnibus vos abstinet  
in ijs diebus. Sunt enim dies luctuosí.*

*S. Cyril. Hier. Cæthec. 4. Ieiunamus à vino, &  
& carnibus abstinentes, non quod hæc tanquam  
abominationes oderimus, sed quod premiū  
exoptamus. S. Basili. Hom. 1. de Laud. Ieiun.  
Ibi à vino abstines, sed ab iniurijs tibi non  
temperas &c. S. Ambro. ferm. 39. idem ferè.  
S. Jo. Chrysost. hom. 6. id pcp. Antioch. ibi Quid  
difficilius non iurare, an per totum diem in-  
diem pati & aqua potu, & tenui viatu siccari?  
Certum est, quod hoc illo grauius; sed tamen  
consuetudine res est facilis, & expedita, quod  
adueniente ieiunio, & si nullies quis exhorteatur,  
& cogat vinum delibare, vel aliud quid ie-  
iunij lege non concessum gustare; omnia mal-  
let pati, quam prohibitum tangere nutrimentum.  
Sic & alij apud Azor. p. 1 lib. 7. cap. 10.  
q. 7. ut Theophil. Alex. Origen. lib. 3. in Ioan-  
nem, & Hier. lib. 2. contra Iouianum. & Theodo-  
ret. in Epit. diuin. Secret.*

*Eādem etiam hodie consuetudinē seruant Ara-  
bes Christiani, vt ex eorum Cathechismo de-  
Præceptis Ecclesiæ colligitur. Ieiunant n. tempore  
quadragesimæ non solum à carne, & lacti-  
cinijs, vt nos solemus, sed infupèr à vino, & pi-  
scibus sanguine præditis iuxta morem Ori-  
entalium, & pari ritu etiam Maronites abstinent.  
Nihilominus cum apud nostram Occidentalem  
Ecclesiæ per decem, & amplius facula per-  
missum fuerit vinum in Ieiunio, etiā quadra-  
gesimale, sicut, & alij ad potum deferuientes  
liquores; & S. Gregor. respondit Augustino  
Anglorum Episcopo, id licere, ut habemus  
in C. n. Denique dist. 4. (quamvis apud D. Gre-  
gorium non reperiatur, ut optimè aduertit  
Cassar. var. lib. 4. cap. 20. n. 15. in medio verf.*

Quam apud Canones sufficienter regulam  
hanc habet usus constabilitam, & post S. Thom.  
2.2. quæst. 147. art. 6. omnes ferè Theolog  
hanc sectati sine opinionem, quam plenè de  
monstrat P. Pasqual. in sua Prax. Ieun. di  
cissimè decif. 116. opere pretium videri potest  
ut antiquam, cum nostra, minus licet antiqua,  
conciliemus consuetudinem, quam, iudicio  
meo, optimè præstat maximus Doctor, &  
omnium Magister Augustinus ferm 64. ibi. Si  
& illa est in quadragesima diebus grandis eti  
litas, quod dum etiā à lictis abstinemus, ma  
gis, ac magis admoneamur illicita vita, qui  
enim abstinemus à carnis, quibus alijs die  
bus vti licet, qui nos abstinemus à vino, quo  
moderatè vti licet, qui ergo ista vitamus, qua  
aliquando licet, peccata fugiamus, qui om  
nino num quam licent.

Ex quibus, & multo magis à dispensatione Apo  
stoli cum Timotheo **1. Terciopotes Epist.** 1.  
cap. 6. vbi illi suadet vinum, ceu **Pagōpyō**  
**pazuaxor** erui potest, non esse essentia licter  
coniuncta ieunio vini abstinentia; non enim illi id  
indefinitè permisisset, immò imperasset, sed  
ex deuotione, seu religiosa feueritate, & vt ita  
dicam, **PAEVXPATEG** id usurpatum à Chi  
stianis prisca illis seculis vix adulta Ecclesia,  
& primis feroibus incubente.

Vnde potuit etiam D. Gregorius, & rota Latina  
Ecclesia in formæ ieunij, & circumstantijs,  
qua ab Ecclesia ita precepto dependent, absq;  
peccato, vinum indulgere, inspectis homi  
num complexionibus, qua senescente mundo,  
quotidie infirmiores eundant. Sed quicquid  
sit, satis nobis erit, quod hodie opinio hac  
communis, & ab omnibus recepta sit, vt vino  
scilicet condire ieunia possimus. Hæcq;  
dicit a volvi, ne materiam ieuniorum ieunum ad  
modum pertransire.

At nos iam reuocat principalis Diatribes huius  
controversia, An scilicet Chocolatis potio,  
pro te hac tempestate communiter est in vsu,  
Ecclesiasticum ieunium violet?

Et tres reperio Opinions. Prima affirmantium  
frangi. Secunda contraria, & negantum.  
Tertia afferentium aliquas temperationes,  
conditiones; quibus opinionem negatiuum  
tutè, & sine scrupulo sequi possimus.

Primum fundamentum, & validissimum Affir  
mantum ita procedit. Ea, qua habent ratio  
nem cibi, etiam si potabili modo sumantur,  
solvent ieunium. Sicut è contra; Id solūm  
non derogat abstinentia in ieunio ab Ecclesia  
indicto, quod est verè, & substantialiter pot  
tus. **Palud. Abulen. Angles. Henrig. Sancius.**  
& alij, penes disertissimum nostrum **Dianam**  
**par. 4. tract. 4. ref. 194. Pasqual. decif. 117. &**  
**141. Lezan. Consultat. 48. à nu. 88.** Sed Choco  
colatis potio habet rationem cibi, nec substan  
-

tialiter est potus: Consequens ergo est, quod  
violet ieunium Ecclesiasticum.

Ad probandam minorem propositionem (maiorem  
enim ex comuni doctrina desumitur, vt vidi  
mus) suppositione vntur, quod scilicet Cho  
colate sit cibus ex natura sua maximum affe  
rens nutrimentum, etiam si aqua dilutus,  
adeoq; hoc exagerant Pasqual. loc. cit. in sua  
Prax. Ieun. decif. 117. & 141. **Lez. d. Consul  
tat. 48. à num. 88.** vt nec panis subceneritus  
Heliæ illi comparari posset: aiunt enim, quod  
in nutritione, excedat ferè omnes alios cibos,  
vt Pasqual. d. decif. 141. num. 3. ita quod vna  
tantum vncia illius massa, quam Hispani Mi  
gas, siue pastillos appellant, sufficiat pro  
homini subsistente per 24 horas absq; illa  
corporis debilitatem, immo efficit, quod ho  
mo non eget somno, & **Cald. in d. suo Trib.**  
pag. 486. refert, puerum recens ablactatum  
per quatuor menses sole Chocolatis haustu, &  
raro pani commixti, vitam produxisse.

Roboratur autem Thesis quod sit cibus, à P. Le  
zana, Pasqual, & demum à Dño **Cald.** in Ap  
pend. tract. Chocol. p. 494. Col. 2 Nam in Cho  
colatis potionē reperitur totum id quod vero  
alimento, ex definitione Galeni cōpetit, quod  
scilicet reficiat deperditam substantiam, quod  
vertatur in substantiam aliti similem deper  
ditæ, & quod assimiletur, vt alia alimenta fa  
ciunt, partibus sanguineis spermaticis, &  
organicis; & demum alar non primis tantum  
qualitatibus, sed à tota substantia; ergo &c.  
Terti propositum probatur velut à priori ex  
qualitatibus rerum, q.æ Chocolatis ingre  
diuntur compositionem: nam ait **Calderi** in  
Append. pag. 492. It. D. & E. Cacao est buti  
rosum, calidum, & humidum, Saccharum est  
calidum, & humidum, & alit majori sui parte,  
qua qualitates ex Gal. facillimè in alimentum  
vertuntur, & nutrit, Cinnamomum, & Va  
ginula odoriferæ alunt, & roboret secundum  
partes diuersas. Sed ipse met rerum qualita  
tes, & formæ substanciales rerum prædictarum  
commixtarum, manent etiam in Chocolatis  
potione, & aqua, qua diluitur, ergo est cibus,  
& non potus, vel est alimentum ita porabile,  
vt ius carnium, & lac, qua dicuntur alimenta  
potabilia ad differentiam solidorum alimen  
torum, & subeunt nihilominus pressissimam  
alimenti, & cibi substantiam.

Quod autem non sit potus, nec illius fortius  
naturam hac ratiocinatione comprobare en  
tuntur. Potus in sua formalis ratione ad sedan  
dam sitim à natura est comparatus. Sitis n.  
est naturalis appetitus frigidi, & humidi ex  
terni pro reficienda simili substantia interna,  
iam consumpta, cum siccis, humidis, calidis,  
& frigidis alantur omnia viuentia. Aris. 2. de  
Anima tex. 28. & Plat. 4. de Rep. Sitis appeti  
tus

tus est natura insitus potionis, vt fames cibi, & Gal. de Sanit. tuen. lib. 1. cap. 2 Cibo quicquid siccioris substantiae effluit, restituimus: potionem quicquid humidioris: quod confirmat Auern. lib. 2. coll. cap. 13. Sed numquam videmus homines Chocolate ad fistim fedandam, vti confueuisse; benè autem ad robur stomachi nanciscendum; vnde non sumitur omni tempore, sed mane, vel sero, quando iam digestio cibi est confecta, & homo nouo eget nutrimento, ergo &c. quod viuum est validissimum argumentum nostrum Dian. in d. ref. 194. par. 4. in Mischell. Pater igitur, quod non sit à natura comparatus ad potum, sed ad cibum; Vnde, vt aduertit Pasqual. sumitur calidus ferè semper, quod demonstrat non esse verè potum, cum sitis, vt diximus, sit appetitus frigidi, & humidici.

Secundum fundamentum Calder. est tale. Si ingredientia compositionem, & massam fumantr de per se, antequam massam conficiant, & in aquam inijicuntur, violare certè Ieunium, vt patet. Ergo idem dicendum postquam soluta sunt in aqua, si bantur. Nam propria forma, & substantia cuiusque non mutatur illo artificio, sed tantum variatur figura, dum ex fo'ida massa sit potus, solum superuenient aliquo accidentaliter.

Hæc sunt solidiora Affirmantium Argumenta; sed insuper ab extrinseco, & Doctorum auctoritate, & numero confirmant suam sententiam. Sunt autem in dupli differentia, nonnulli enim generice tantum loquuntur, nec aliquid de Chocolate meminerunt, sed tantum assertunt, quod ea, quæ habent rationem cibi, vt lac, & iuscum, licet hauriantur per mundum potus, sunt nihilominus verè cibus. Hi sunt Sanc. tom. 2. opusc. lib. 5. cap. 1. dub. 23. num. 1. Layman. lib. 4. tract. 8. cap. 1. num. 7. Ludou. de S. Iо: in sum. qu. de Ieunio art. 12. diff. 1. dub. 2. apud Dian. d. p. 4. tract. 4. ref. 194. Villalobus in sum. tom. 1. tract. 13. diff. 8. num. 15. Franc. Silu. in 2. 2. S. Thomae d. q. 147. art. 6. Castropol. p. 7. de virt. prud. disp. 3. punct. 2. 2. num. 4. & alii, qui optimè explicantur, imò possunt pro aduersarijs adduci, quando probatum fuerit Chocolatem non habere rationem cibi, vt infra.

Sunt alii, qui specificè de Chocolate mentionem faciunt, & credunt quod Ieunium cuerat. Anton. de Leon. in tract. de Chocolate p. 3. nu. 20. Trull. in Decol. tom. 1. lib. 3. cap. 2. dub. 2. num. 15. qui tamen non damnat contrariam, vt etiam Villab. loc. cit. Machad. de perfet. confess. tom. 1. lib. 2. par. 4. tract. 3. docum. 1. nu. 8. Leand. à Murcia in cap. 3. regul. S. Franc. q. 5. nu. 8. Solorzan. lib. 2. Polit. cap. 10. Ludou. à S. Ioan. in sum. qu. de Ieunio art. 12. diff. 1. dub. 2. Pasqual. in Prax. loc. cit. sicut etiam.

Iegani. Boff. tom. 3. moral. tit. 21. n. 207. Medaya, & Pet. de Tapias Archiep. Hispaniæ etatua Caldera, idem Caldera loc. vbi sup. qui labor ferè totus deberet summa eruditiori, & indecessu studio nostri P. Dian. par. 4. tract. 4. M. ref. 194. par. 5. tract. 5. ref. 11. par. 8. tract. 7. ref. 54. in quibus colligit omnes ferè Doctores, qui de hoc pertractarunt. Licet Regendus. Caramuel loc. cit. à Dian. d. ref. 54. negatiua potius fauet, supposito, quod sit potus virialis, vt infra videbimus.

Ex aduerso nihilominus negatiua sententia firmis etiam, & robustis tulcitur argumentis, & rationibus, adeo quod non metuat arma, nec refutat Aduersariorum incursum.

Primitatio, & fundamentum est idem ac contraria opinione, licet in minori propositione esse opponant. Ea, quæ cibi ratione habent, quamvis ut potabilia hauriantur, vident nihilominus Ieunium ex iussori prima sententia, sed Chocolatis potio ne est eiusmodi, consequens ergo est, quod non violer Ieunium.

Tota igitur vis fit in hoc, An Chocolates sit potio, & in genere presè potulentorum collocandus. Hoc autem in facto probatum latissime fuit in tertio articulo physic inspectionis ius: præmisso, ergo &c. Et animaduerterendum est, quod nos loquimur de manu Chocolatis non vsic, sed vgaqua soluta, & ut communis consuetudine bibitur, & usurpatur hodie apud nos etiam.

Cumq; Aduersarij vim argumenti cognoverint, effugium quæsiuere, concedentes in illis Regionibus Americae (in quibus vsus iam obtinuit illam bibendi) non frangere, nam in illis iam est communis potus, & visualis. At secus in noscris. Vnde, & nonnulli in Hispanijs etiam id contendent; vt apud Dian. par. 4. tract. 4. ref. 194. & ref. 54. par. 8. tract. 7. ex eadem ratione.

Sed ruit faciliè Antagonistarum responsio. Nam aut Chocolates est verè cibus, licet potu forbeatur, vt ipsi dicunt, aut non, si prius certum est, quod consuetudo aliqua regionis, & vsus non potest cibum reddere, potum, neque rei substantiam commutare, vt optimè aduentunt in materia eiusdem Ieunij Villalob. 1. sum. & Fr. Joannes de Sori, eius compendiator. par. 2. tract. 1. scđ. 5. d. 2. de precept Ecclesiæ, & idem Pasqual. d. decis. 141. num. 4. licet ad alium finem. Sicut non potest consuetudo, vñsq; efficere, vt carnibus in Ieunio vescamur, cum sit contra substantiam Ieunij, quæ in hac à carnibus abstinentiam constitit Pasqual. decis. 355. num. 3. & Dian. post ceteros par. 1. tract. 9. ref. 25. & 26. & tract. 11. ref. 4. par. 9. tract. 6. ref. 11. par. 10. tract. 12. ref. 45. Bard. in Bull. Cruc. par. 2. tract. 3. scđ. 4.

*fol. 4. num. 73. & seq. de commest. cib. prob. b.  
cap. 1. & alij, quod immutari ab vnu non pos-  
set, quia tunc esset abusus, & corruptela; vnu  
contra videmus in lacte, & ouis, quae non sunt  
de essentia leiuini, & sic usurpari poterent,  
& licita vnu fieri. Idem dicimus in tempore  
& obseruatione, vnde ab vnu aliqua leiuina, &  
Vigilia inducit sunt. Videndum D.Thom. 21.  
quæst. 147. art. 8. ad tertium.*

Si secundum afferatur, habemus intentum, quod  
sit potus, & non cibus; vnde quocumq; in loco,  
quacumque in Provincia eodem modo ac in  
Mexico eandem fortiet naturam, & analite-  
tatem, & non violabit leiuinum, sicut & in illis,  
præciso omni vnu, vel consuetudine. Quod valde  
roboratur testimonio Francisci Fernand Pro-  
rom. Mexican. lib. 1. sect. 2. de arborib. cap. 36. tri-  
buit enim in primis Chocolati, quod vim mi-  
rabiliter leniat, vnde suapte natura potabilis,  
non ab vnu mutuari id cogatur.

Hinc facit mirari illorum incogitantiam *XII*.

*Xaçouñ nō queo, qui hac afferuerint, & ob-  
dire rerum naturam hominum consuetudinē &  
voluntati fecerint, & certe numquam dari po-  
terit disparitatis ratio, cur materia facta po-  
tabilis in una Regione, in alia non sit talis, &  
tantum ratione, quia non afflcta hominum  
potioni, vel in potulentorum censum excepta,  
& concedatur Hispanis, at non Italies, vel Gal-  
lis. Hanc argumenti vim agnoscit subtili-  
mus, & Amicus Reuerendiss. Caramuel in Reg.  
D.Bened. disp. 128. num. 1613. à Dian. relatio  
d. ref. 54. par. 8. tract. 7. sed non fixit pedes.  
Secundò probatur à simili, imò à majoritate  
rationis; nam si permittitur vinum, & ceruisia,  
eo fortius, vel saltem æquè erit Chocolate per-  
mittendus, itaut inconcuso leiuinum, possit  
usurpari. Certum est enim quod ex probatis  
in secunda inspectione physica de vni alimen-  
tos viribus, fatis liquet nihil Chocolati ce-  
dere debere; imò celerioris, & robustioris ali-  
menti palnam vinum illi præcipere: nec si vi-  
num principaliter non alat, potest hoc tribui  
Chocolati, adeo quod dari maior queat ratio,  
aut diuersitas inter eiusmodi potulence,  
quicquid noster Caldera consideret (omnes  
enim intendit neruos, & operosè nititur diuer-  
sam rationem effingere inter vtra p; & diffe-  
rentias rationes eruere ex fontibus iatrophys-  
icas loc. cit. pag. 488. & seqq.) Cum ait, vinum  
de sui natura non alere, sed potius præstare  
digitationem, aliorum ciborum adiuuando na-  
turam, & si quid alimenti afferat, sit fluxile,  
nec possit dici, quod præualeat in ratione ali-  
menti, sed tantum potabilitatis. Et è contra  
Chocolate secundum omnes suas partes re-  
nues, crassas, lentes, humidas, dulces, & va-  
porosas est exquisitum, & vetum alimentum,  
quod & latius confirmat in Append.*

Sed valde meo iudicio à semita veritatis abripi-  
tur optimus vir, & doctissimus. Vires siquidem  
vini non æquant tantum, sed superant Choco-  
latis robur in illo genere, & ultra considerata  
in secunda, vt dicebamus inspectione, & quo-  
modo Hippo. 2. Aphor. 21. Gal. in method. med.  
lib. 14. cap. 15. de ren. affectio. dignosc. cap. 6.  
in fine de Aliment. facult. lib. 3. cap. 40. & de  
compos. pharmac. 2. loc. cap. 7. & alibi; vini  
facultates eferant ad easdem virium li-  
neas, ad quas Chocolates Caldera produxit,  
Addam tantum ex Plin. lib. 14. cap. 6. testi-  
monium Iuliæ Augusta de vino Pucino, quo  
vrebatur; huic enim illa referebat acceptos  
octuaginta duos vira annos, quos valida sa-  
nitate, & vegeta corporis, animiq; habitudine  
transfegerat. Hinc (vt eiusdem Plin. vtar ver-  
bis) se quisq; iudicem statuere poterit. vtrinam  
ex his duabus potulentorum speciebus corone  
prerogativa in fouendo, alendoq; homine, sit  
deferenda.

Hanc difficultatem agnoscit P. Lezana d. consult.  
48: num. 94. & conatur eludere (dùm respon-  
dere non potest) ex eo, quod multi tenuerunt,  
vinum violare leiuinum; sed ipsem confite-  
tur, quod deinde opinio hac ab omnibus fuit  
explosa, animaduertit nihilominus, quod si vi-  
no misceantur saccarum, cannella, piper, vt  
accidit in Hypocrasco, tunc leiuinum ruet; sed  
hoc modo Chocolatis massa conditur, ergo  
pari ratione non poterit cum leiuinio stare. At  
facilis, & parabilis est responsio, & diversitas  
ratio, si consideremus, quod illa aroma-  
ta vino iniiciuntur, vnde vires alendi robu-  
stiores acquirunt, quod non est in Chocolate,  
eius massa puluis, seu particulae cum in aqua  
dormeguntur tam notabilis quantitatis ferè  
eneruantur, eiusq; debitilantur facultates nu-  
tritionis & sic effugium Lezana amittit pedes.  
Experientia autem rem totam hanc conficiam,  
& debellabo:

Certum namque est apud Chymicos, quod per  
ignem, & Chymica Instrumenta prima qua-  
litates rerum distillatarum aperti, validiusq;  
cognoscantur, vt optimè post ceteros nuper  
ritimus, & disertus Medicus Schneiderus tom. 4. Porta de  
de Catar. lib. 4 cap. 7. pag. 466. contra aliquos lat. cap.  
concludit, & solidè confirmat, ignis enim, &  
distillatio non auferit, sed addit robur simpli-  
cibus. vt quotidie experimur, cum sit ars per-  
ficiendi magisteria, & essentia puras à mixtis,  
separato corpore extrahendi, vt ipsi loqua-  
tur. Post alias Beguin. in suo Tyrocin. Chym.  
Pelsbofer. & Viftad. Hier. Rub. de di. lib. sect.  
1. cap. 2. & 6. & cap. 2. sect. 2. pag. 60. Alij apud  
d. Schneiderum loc. cit. pag. 472. & seqq. Et  
nihilominus cum Chocolatis primas qualita-  
tes, eiusq; vires cognoscere per hoc experi-  
mentum voluisse, illumq; in Elenbicum in  
Bal-

Balneum maria, ut dicunt, & in alia Chimica Instrumenta, quibus aquauitæ, siue ardens extrahitur, infundi curassim omni sacerdi adhibito magisterio optimo, Chocolatis massa, & magistris selectis, deprehendimus vires eius evanescere, adeoq; fracticas, & accisas euadere, ut nullo modo aquauitæ eius liquor comparandus sit.

Ex quo radicibus colligi potuit quam inferior virtute Chocolates sit vino comparatus, & argumenti energia evidentiis dignosci valet, vt si fas erit vinum sarcio, teftoq; Ieunio adhibere nimis plus Chocolatis poculo erit concedendum, ut minus valido, & plus enerui. Ad experientiam pueri recens ablactati quam nostrar Caldera nobis obicit, obnua se offert responso. Misericordia, siquidem panem Chocolati, vnde quid mirum? insuper non defunt similia exempla eorum, qui alio, & tenuiori alimento vitam produxerint, quod si eide infinitulo vinum faccero conditi propinassen, de quo Arnald. de Villanova in libello de Conferu Iuuent initio primi capituli meminit, robustius certe nutrissent, vt idem testatur, cum sit firmissimum praesidium, & præseruatuum in souenient, & reintegrandas, ut affirmat, viribus effractis; aut aquam curus vnu Gesuarius in Euonym. ait M. Gallum Caroli Imperatoris medicum annos 124. vixisse, quod referit etiam Rubeus de dict. loc. cit. fct. 2. cap. 2. de vino.

Quid autem de ceruisia dicemus. Iam illius robur ostendimus ex probatissimis scriptoribus in 2. physice Inspectionis Art: & nihilominus ex communis scribentium sententia, Ieunium Eccles. non viciat Sylvest. in verbo Ieunium n. 9. q. 3. & alij apud Bonac. tom. 2. in 8. Decal. precept. disput. vlt. q. 1. punct. 1. prop. 2. n. 7. vbi obiter adverte, quod adhuc ceruisia non violet Ieunium & nihilominus apud nos Italos præservit non est in vnu, vnde licet arguere, quod vnu nihil operetur, quod roborandum iuperitus argumentum, diximus.

Tertiò negantum Thesis probatur. Transmutatio n. solidæ massæ Chocolatis in fluidam, & liquidam substantiam verè efficit, ut naturam ille fortius potabilem, & rationem alimenti vincat, cum ex communi sententia, in mixtione duorum oppositorum, pars, quæ superat, denominat, & date se rei, & semper actio in mixto qualitatæ prævalenti tribuitur: ut in hac materia aduerit Leand. loc. cit. par. 2. tract. 5. disp. 5. p. 1. Turrianum ab eodem laudatum.

Evidemus, quod in cafu nostro tunc non dicetur massa, aut vt Hispani dicunt pastillas, aut migas, sed aqua, siue potio Chocolatis cum cibis.

Si similis clarius evincitur. Certum est n. apud omnes, & praxis communis admittit, quod si multo, dum feruet, aqua misceatur in valde

minori quantitate, nullatenus excluditur a denominatione, & natura siue substantia vini, & in multis regionibus non alio vina parantur modo, & itidem adhuc certum est, quod tunc in valle fortiori cafu, & duriori huusmodi vino vnguari pro materia Sanctiss. Sacr. Eucharistia vendit, & licet, ut post V. aq. disp. 175. p. 3. n. 8. Suar. disp. 45. fct. 1. Ausr. de Eucharist. fct. 5. Filiu. tract. 4. num. 87. & omnes communiter firmat. P. Quartus in rubr. Missal. para. 1. tit. 4. dub. 3. de defect. vin. ea tantum ratione, quia hoc modo compositum vnu non mutat substantiam propriam, & presé vnu dicitur, nam aliás non posset admetti. *P. Vericell. loc. inf. ei Chocolatis aquam esse materiam Baptismi*  
Eò igitur fortius in materia Ieunij, quod non est ex coctantum, quod Iuris Iuini, sed Ecclesiastici positivū, & sic aqua duplo maius mutabilis in nostris terminis, argui potest. *lo infundatur fol. 250.* Dub. 12. tit. 4. fct. 23. n. 1. *ueris Chocolatis cum maxima aqua non* *133. de Apost. Mission.* inungabit aqua substantiam, aut denominatiōnem, cum ex methodo, quam idem Caldera post ceteros tradit parandi Chocolatis potionem vt profit, & placeat, octo aut sex ad minus aqua portiones, vnicam tantum exigit Chocolatis.

Quarto neruose admodum, & demonstratiū probatur haec opinio ex paruitate materiae: Nam apud omnes Theologos compertum habetur in Ieunij Ecclesiastici præcepto dari paragatem materiae, ut post D. Th. 2. 2. in d. q. 14. art. 6. ad 3. firmat, & colligit alios. Pasq. in Prax. Ieun. decis. 139. Dian. p. 1. tract. 9. ref. 43. qui referit Tancr. & ref. 11. & 32. p. 5. fct. 5. Meroll. & Hurtad. Sanch. in opusc. mor. lib. 5. cap. 1. dub. 22. n. 3. & alios.

Loc supposito, disquirendum est, que nam dicatur parua materia quoad violationem Ieunij, & nonnulli putarunt, duarum vnciarum quantitatē *Villalob. in summ. & eius Compendiator. Soria p. 2. tract. 1. fct. 5. d. 2. de precept. Eccles. Leand. in opere mor. de Ieun. disp. 5. Iohannes à Concept. de Ieun. disp. 5. de reb. que contrar. vnic. commiss. Turriani. p. 1. summ. T. theol. mor. cap. 25. dub. 27. n. 2. Reginal. lib. 4. c. 19. n. 183. Remig. in summ. tr. 3. cap. 4. g. 2. n. 7. Machad. tom. 1. lib. 2. par. 4. tract. 3. docum. 6. num. 3. Mart. à S. Joseph. tom. 1. mor. lib. 2. tract. 5. de Ieun. n. 3. Pasqual. decis. 139. Vidal. & Rocca. apud nostrum Dian. p. 10. tract. 14. ref. 56.*

quibus ipse contentit, sicut etiam par. 4. tract. 1. & Thom. Hurt. res. 4. ref. 194. & par. 8. tract. 7. ref. 54. post Turrianum, quem relutimus, & alios. Escobar autem in T. theol. mor. tract. 1. exam. 13. cap. 3. n. 104. vnicam Chocolatis esse parvam materiam existimat, cui me subscribo, & hoc ait ipse, etiam si Chocolates esset cibus, ut aliqui dixerunt, Nimis autem arcta Anton. de Leon. in q. moral. de Chocolate p. 3. n. 20. cum par-

Thom. tract. x. i. n. 2.

quam materiam in Chocolate affirmauerit  
et mediam vnciam.

Ex hoc fundamento adeò firmiter stabilito tur-  
git minor hac propositio. Sed sic est, quod ve-  
lam diximus in superiori argumento, poculum  
vnum Chocolatis vt sapiat. & gustui etiam no-  
tatum stomacho seruat, non admittit, nisi vni-  
cam massæ, vel pulueris Chocolatici vnciam,  
vt idem Caldera optimè docuit, & ante cum  
*Robles de Plant. Occident. India cap. 54.* cum  
agit de modo, quo conficitur, ibi. Luego lo  
echan en caxitas, o lo hazen panezillos de a  
onza, que es lo que ha da llevar una xicara de  
beuida &c. Ergo saltem ex paruitate materiae  
(est, quod effervescit; quod negatius) Lejuniū  
non infringeretur. Qua ratione *P. Diana* in *d.*  
*mat. 7. ref. 54. p. 8.* existimat probabilem opinio-  
nem negatiuam, etiamque duas vncias desu-  
meret quis per aquam solutas, & *Machad* ab  
eodem relatus, & *Ludou. Lopez* in *Inst. fruct.*  
*Confess. tom. 2 c. 112.* ibi. Et quia parua mate-  
ria massæ, siue formula admiscetur ibi cum  
aqua, ideo non frangit Lejuniū, nec aqua  
licet in quantitate vnicarum octo, aut parum  
minor, que in Empiribete, seu vase calefacto-  
rio immittatur, oberit, quin parua dicatur.  
Indubiatum squidem est, quod aqua licet  
decocta cum puluere Chocolatis non egredi-  
tur qualitatem, & naturam potabilitatis vera,  
& in quauis quantitate nunquam Lejuniū of-  
fendet, quia vt rectè animaduertit *P. Pugnai.*  
*decis 106. post Boffium, Leandrum, & alios,*  
aqua que miscetur, non auger substantiam ci-  
bi in ordine ad nutritionem, quia non affert  
secum aliiquid nutritiu, sed est tatum medium  
soluendi concretam massam.

Hoc tamen limitarem cum nostro *Caldera* pag.  
487. lit. B.C. vt semel tantum, & vnum con-  
sumetur poculum, nam si plura, certè non est  
paruas in materia, & frangeret.

Tandem opinio hæc negatiua vires adipisci po-  
terit ex alia ponderatione. Siquidem certum  
est apud omnes scribentes, Lejuniū non Izde-  
re ea, que vt medicamenta, & ad salutem iu-  
uanda desumuntur. *D.Th.d. q. 147. art. 6. ad 3.*  
nisi in fraudem, & malitiis accipientur. *Bo-  
nac. loc. cit. n. 7. P. Pugnai* qui 30. & amplius docto-  
res pro hac conclusione coaceruauit *decis. 133.*  
quibus addendus *Vidal* in sua *Theol. mor. de*  
*Lejuni. Inquisit. I. nu. 82.*

Sed ex eodem *Caldera* cap. 6. pag. 468. & cap. 7.  
pag. 473. post ceteros Archiatros. & Medicos  
Hispanos, qui de Chocolate ab experto dis-  
seruerunt, roborat ea naturalem calorem, ge-  
negrat puriore fanguinem, cordis substantiam  
viviificat, facultates naturales principales co-  
seruat, dissipat flatus, auferit obstructiones, &  
senibus præcipue prodest ad stomachum robo-  
randum. Quæ omnia confirmat idem *Ferd-*

*nand. cum agit de Chocolate. Ergo saltem ut  
medicamento vti absq; Ieiunij offensione va-  
lebimus.*

Dices ex opinione aliquorum penes nostrum  
*Dian. p. 10. tr. 14. ref. 60.* quod licet medicinali-  
bus vti possimus absq; violatione Ieiunij, hoc  
non erit concedendum, nisi quando quis actu  
infirmitatur, aut propinquam timer egritudinem,  
*ex Abuleen in Matth. cap. 6. q. 178.* & *Innoc. in*  
*c. 1. de obseru. Ieiun. n. 6.* vbi non approbat, vt  
quis vti possit medicinali pharmaco, vel cibo,  
absq; eo quod temeretur Ieiunium pro conser-  
uanda sanitate, sed tantum pro remouenda, vel  
fugienda infirmitate. At Chocolatis potio non  
potest dici ad hoc instituta, ergo.

Sed parata est responsio: si. n. vñspare possumus  
ad roborandum stomachi debilitatem, vel ca-  
pitis, modicum mane ientaculum ex multoru  
opinione apud eudem. *Dian. ibid. & P. Pugnai.*  
vbi sup. cur fas etiam non erit, Chocolatū  
ad eudem effectum adhibere? si vt vidimus,  
stomachū roborat eximiē, & naturalem auget  
calorem. Nec Innocentius est audiendus cum  
sit contrarius cōmuni omnium praxi, que pari  
presidio pharmaca parat ægrotis iacentibus,  
ac illis, qui malorum pericula præcauentes, se  
remedii muniunt, & sic æquè, ac infirmi actu  
reputantur, licet semper dici queat, quod dum  
profugienda ipse firmet licere, noster casus vi-  
geat, nam verè ad fugiendum malum, quod nos  
aggregi potest, chocolate vñtimur, & aper-  
tè firmat hoc *Sanc. in opus. mor. lib. 5. c. 1. dub.*  
22. nu. 2. vbi concedit electuaria conseruativa  
sanitatis non tantum curativa, & cum Iuris  
Consultis dici potest. Tuitius esse anteuertere  
damnum, quam illatum postea resarcire.

Hæc eadem sententia ab extrinseco vt contraria + *Lam.*  
affirmativa ) multorum sapientissimorum sūf- docit  
fragis pariter confirmatur, quos, vt v dimus, in suum  
nostrum disertissimum *Diana* in omnibus suis re- *transl.*  
solutionibus moralibus allegatis veluti in acti capituli  
educit, cuius fidei quoad aliquos a me vñsq; huc consueta  
non vñlos, standum erit, vt sunt *Trasmiera*, *An-* *cap. 11.*  
*tolinez*, *Basilios Pontius*, *Corneius multi Theotis* éta-  
logi ex *Soc. Iesu Cathedratici Salmaticen* apud *to. 1. Vra-*  
*Machad. de perf. confess. tom. 1. lib. 2. p. 4. tr. 3. leg. 10.*  
*docum. I. n. 8.* vbi affirmat, quod nunc in His- + *Verma-*  
pania est adeo vñialis potus, que casi nadie *Apol. 1.*  
haze escrupulo de tomarlo el dia de ajuno. *lit. 4. D.*  
Eandem secutus est opinionem. *Turrian. 18 qu. 50.*  
*Sum. p. 1 c. 256. dub. 24. Con. 4* & *7.* & videtur  
admittere Reuerendiss. nos minus quam acu- \* *Lop-*  
tissimus *Caramuel*, vbi sup. in *Reg. S. Benedicti* *fruct.*  
*dis. 128. nu. 161* & alij apud *P. Pugnai. l. d. decim. c. 11. &*  
*141. n. 1.* & apud nostrum *Gald. loc. cit. pag. 485.* apud val-  
*lit. E.F.P. Joannes de S. Thom.* & *P. Henr. Hurt. le-*  
*in sum. verbo Ieiunium, & pag. 487. & 488.* *c. 4. dub.*  
*Affilicuta* quia sumitur vt potus, & potius ad *Appen-*  
alterandum, quam ad nutrientium, non inter-  
di.

dicitur huius usus in die Ieiunij.  
sic subscriptent ut probabili etiam ij, qui hanc  
probabilem existimat, de quibus supra  
meminimus in numerandis Doctoribus affir-  
matius sententia.

Sunt & tertio, qui aliquas excogitarunt tempe-  
rations inter istarum duarum sententiārum  
opposita argumenta. Vnde Turrīan loc. cit.  
existimat, paruam quantitatem Chocolatis,  
quaꝝ si non excedat vncias duas, posse incom-  
taminato Ieiunio ebibi. Et Leand. loc. simili-  
ter laudat, quod si non fumatur in mafia, &  
ut ipse dicit in pastillas. vel migas (quaꝝ tunc  
diceretur comeſtio) sed in aqua, quaꝝ valde  
superet Chocolatem, etiam si haec sit duarum  
vniarum, poterit cum Ieiunij integritate  
confistere.

Alij exigunt, ne frangat, quod potio non sit nimis  
crassa, ut Escobar. loc. cit. & Lopez. Inſtruct.  
confienc. tom. 2. cap. 112. ob rationem perpen-  
ſam, quia diceretur comeſtio.

Hurtad. in d. tr. censet, non violari Ieiunium, si  
quinque partibus aquaꝝ una Chocolatis in  
Empyribete immisceatur, cui libenter assentio.  
His subscriptibunt apud Pif. d. dec. 141. n. 4. Leand.  
in precept. Eccl. tr. 5. dif. p. 5. q. 5. s. 3. Benedictus  
Remigius, & Hoyden. tr. 3. fuit. c. 4. §. 1. n. 2.

Et reuera si Pr̄. xim, qui communiter utimur in  
Chocolatis sumptione consideremus: ij, qui  
vnco cōtentī sunt poculo, & vt dicunt Hispani  
Xicara, nec vnius vnicæ quantitatē attin-  
gunt huius materia, si quidem ex vnica vncia  
Chocolatis in sex ad minus aquaꝝ coniecta, diu-  
nus impletur pocula liquore prædicto, vnde  
manifeste appetit, quod media tantum a ſig-  
gulis affumatur vncia, & ſic ſtridior sententia  
Anton. de Leon. neq; officeret negantium opini-  
onii, quod non frangat.

His omnibus mentis oculis subiectis, perpenſisq;  
negatiua haec valde arridet mihi conclusio,  
quod ſcilicet Chocolatis potio vnius vnicæ non  
excedens quātitatem cum quinq; aut amplius  
ſimplicis, aut ſtillata aquaꝝ non inferat Ieiunio  
injuiriā, & ſic conſentire nobiscum con-  
guntur ij, qui temperante affirmatiuam opini-  
onem, ut tertio loco vidimus. Dixi ſimpli-  
cis aquaꝝ, quia ſi carnium iuſculo, aut ſimilibus,  
(quaꝝ de per ſe Ieiunio aduersantur) permisce-  
retur, alia ratione Ieiunio detrahetur, non ex  
iis quas contraria proponuerunt.

Remaneat poſtrem, ut ex aduerso oppositis ar-  
gumentis faciamus ſatis. Solidiora autem, &  
qua maiorem excitant acclamationem, ſunt  
ea, qua ex viribus iſtius potionis ad ſumnum  
uſq; roboris eleuatiſ eruntur. Sed mirum  
quaꝝ decipiuntur, & vtrisq; meis amicissimis  
Dianæ, & Palqualigo, ſicut etiam optimo illi,  
religiosoque Viro Patri quondam Lezanæ fuit  
certe ſuſtū, cum ſatis candidè profiteātur,

nunquam uiffiſe experts; an reuera ſit talis.  
Aiunt Lez. d. confiul. 48. n. 88. Pasqual. dec. 42. n.  
15. & dec. 141. & P. Diana. loc. cit. quod plus nu-  
triūt due vncias Chocolatis, quām tres carnis,  
quod vnicā vncia Chocolatis nutritat per 24.  
horas abſq; vlla corporis debilitate, & effi-  
ciat, quod homo non egeat ſomno. Vnde cum  
ſit ſubtantiaſ ſima, & ſit inſper cibus, non  
poterit vnuquam admitti tamquam potus. Sed  
iterum dico mirum quām decipiātur. Quod fi  
hoc eſſet verum quis nam pauper iter agens  
non ſuaderet peram refertam aliqua Chocola-  
tis portione ferre, ne cogeretur vexationes  
cauponum, iliorumq; fraudes ſubire, & per 24.  
horas alio non egere nutrimento: ſed valeant  
ineptie? Certum enim eſt, & experientia com-  
pertum habeo, & omnium testimonio, qui illa c. 9. n. 142. in-  
viantur, quod vltra ſex, aut ſeptem horas ad firmitudinem  
plus vires non porrigit. Non abnuerim tamen Argimofal  
quod ſtudioſis viris, & abſtinentia obduratis ſtacis graſoſ.  
acie facilis obtundat appetitum, itavt Ieiu-  
niū minori imbecillitate vltra id tempus pro-  
tendere valeant. At nil minus Poliferum viuū  
efficeret cum fruſtulo nautici panis abſumptū,  
& tamen non prohibetur in Ieiunio ex omnī  
opinione. Sed vt hoc commentum funditus  
deleamus à priore res agenda nobis eſt, & ſic  
apparebit, quod nec tam v. lidē nutrire, nec  
famem implere poterit vnuquam, vnicum Choco-  
latis poculum. Appetitum ſiquidem, & fa-  
mes apud Gal. de Symptom. carſi lib. 1. cap. 7.  
et implendi desiderium, idque oritur ex eo,  
quod natura dedit animalibus penuria ſen-  
ſum, quo ad cibum, potionemq; prioritata in  
tempore expleantur. Nam cum vena ex ipso  
ventriculo veluti emulgentes ſuggentesq; ali-  
quod trahant, ventriculus non ferens eum fu-  
ctum, & veluti diuulfus comparat medelam,  
illiſus offendit a cibo, quippe vena hoc pacto ad  
objectos cibos conuertuntur. Fames autem  
ex ſuctu ipſius ſenſus oritur.

Hanc Gal. doctrinam p̄r cōteris meo iudicio,  
acutē explicat And. Laurent. Anatomi. lib. 6.  
q. 17. & ſeqq. & p̄ prefertim q. 20. ibi. Fames na-  
turalis fedatur ſola aſſimilatione. Animalis  
autem cum ſit ſenſus diuulfionis, cefſante di-  
uulfionis fedatur. Et aſſumpto cibo, cefſat ſta-  
tim fames animalis ventriculi. Naturalis au-  
tem fames irrigatis interioribus tuniciis, ali-  
qua ex parte fedatur, ſed non omnino &c. q̄r doptimis  
Hinc clare, & enucleate dignoscitur, Choco-  
latis eptam nullatenus ventriculum opple; ſelectiū...  
fed eantū irrigatis tuniciis interioribus alt-Mediciſ  
qua ex parte ſuam operationem producere ſunt. Ita  
imperfette, & aliqua. vt ait, ex parte. Quo apud Hurt.  
modo poterit igitur plus quām carnis cibus, loc. cit. in  
famem fedare, & mitigate omnino illam di-Appendice + n-  
uulfionem, & per 24. horas appetentiam com-+  
primere, ut ex aduerso opinantur, & ſic etiam  
ruunt

ruunt argumēta Calderē; negatur n. in Chocolate reperi torū id, quod vero alimēto cōpetit, & experientia nos hoc docuit, vt probauimus, & terum, que cōpositionem ingrediuntur, qualitates adeo maxima illa aquæ portione refranguntur, & enervantur, vt accidentia potius, quam substantiam recineant sui, odorem s. & saporem, & sic parum nutritre possunt.

Pari facilitate conteritur ratio, scilicet, quod licet esset vſualis in aliquibus Regionibus, non hinc fit, vt sit purus potus, atioquin si vſus prodesset, introduci posset vſus stillati gallinæ, aut pulli columbacei. Insuper quod non sit in sua formalis ratione ad sedam fūtim comparata, quia sitis appetitus est frigidus, & humidus, et hæc ferè semper calida hauritur, nec sumitur omni tempore, sed cum egeni homines novo nutrimento. Addit & aliam considerationem Caldera, qua probat, quod sicut ingredientia compositionem quando sunt in massa, & propria figura frangerent, pariter frangente aqua dissoluta, quia propria forma, & substantia non mutantur ab illo artificio.

Sed vt dicebamus, non est valde nobis laborandum in prædictis, & similibus argumētis euerendis, cum iam ex supra persensis solutiones emergant, præsertim de vſu; & absone valde est abfusdi ponderatio de stillato gallinæ: illud enim non ex hoc frangeret Ieiunium, quia sit multæ substantia, sed quia est carnis iuſculum, que est contra Ieiunij substantiam, vt vidimus, & sic esset abusus semper, neq; vſus posset substantiam Ieiunij, que est abstinentia à carne, vt vidimus, profligare.

Quod autem calida vſurpetur, non ex hoc situm sedare nō potest, nam præterquam quod multoties, & æstius præcipue diebus frigida imo gelu rigens admoueat. In multis regionib; ut apud Iaponios, & Synenses calida semper vntetur ij, & numquam frigida, & nihilominus sitim expellunt. Ut ex Scac. de Salub. potu cap. 2. & Confirmant Maff. Hist. Ind. lib. 6. & Hurt. Par. 1. Asia lib. 3. pag. 187. Hugo Linſcotan. in cap. sua nanig. st. ad Iaponios. Idq; antiquitatis in delicijs suis sunt multi, qui affirmant, & Gal. lib. de conſuetud. cap. 1. ait Aristotelem calida semper vſum, & Athen. lib. 2. c. 2. Diphnosoph. ibi: Postea aquam bibere hyeme quidem, & vere calidam, astareq; frigidam, ne stomachū ſoluat. Idem lib. 3. id commendat. Sicut etiam Scac. loc. cit. cap. 2. & Caſtilion. toto de hoc tractat. & nuper Butius de potu Antiquor. c. 5. & 6. vbi profitetur, & probat à Græcis deriuasse post Homeri tempora.

Non nego cum Auicen. lib. 1. fen. 2. c. 16. aquam calidam non illico extinguiſſe ſitum: non hinc

tamen numquā extinguit, cum habitu, licet non actu, sit frigida, & ſemper humida.

Infirmum tandem euadit argumentum Calderæ, quod non mutetur substantia ingredientium. Soluat namq; ipſe prius instantiam de Ceruſia: debet enim necessari confiteri, quod frumenti substantia in ipſa permaneat, & nihilominus, vt vidimus, non aduersetur leiu- nio, vnde idem cogetur dicere de Chocolate, eius partes integrales infirmiores frumento apteſtunt.

Sed reuera dici numquā poterit, quod remaneant substantiae dictarum partium in pristino <sup>Vt recte</sup> robore & expertuſq; ſum Cacai ſemen abſolu. Hurt. locum ſaccaro tantum conditum commelatum. <sup>pcnd. cap.</sup> difficultas & durioris digestionis, & pari modo, mayzium, ſive frumentum Turcicum non cognosci, aut vix ab expertis in maſſa Chocolatini aqua diluta. & id non ex alia cauſa, quam ex aquæ notabilis quantitatris admixtione, ſicut poffimus dicere ex paruitate materia, que potulum vnicum Chocolatini admittit, verumq; enim noſtræ deferuit ſententia.

Remanet igitur conſteſans, firmisq; innixa radicibus opinio negativa, & quod Chocolates non ſit per ſe primò alimentum, aut cibus, licet per accidens nutritus. Ecclesia autem in Ieiunij materia, vt magifraliter aduertit. D. Thom. 2. 2. d. q. 147. art. 6. ad ſecondum ſolum prohibet ſumptionem illius rei, que per ſe alimentum eſt, non id, quod per accidens nutrit, vide Sanc. in Select. q. 50. nu. 2. 9. vnde Audiendus Fagund. leſſ. lib. 4. cap. 2. dub. 2. nu. 10. Laym. lib. 4. ſum. tr. 8. cap. 1. nu. 7. & alij.

Non abnuerim tamen quod animaduertione ſit dignum id, quod in hic materia abuſu, & effreni hominum gulæ intemperantia introducunt ſuit, quod ſciliſt a nonnullis ſumatur adeo ſpiſa, & concreta, vt certe potius ſit comedere, quam bibere, & magis cibus, quam potus videatur. Amittit autem tunc illam. Symmetricam proportionem Chocolatini ad aquam, ex qua habet eſte potabile, vt patet ad oculum, & parum, aut nihil differt a co- miftione maſſe, & vt Hispani dicunt. En migas, y paſtillos, vt optimè D. Th. in 4. d. p. 15. q. 3. art. 4. & Palud. in d. dif. 15. q. 4. art. 4. concl. 3. Eſcob. in l. c. ſue Theol. mor. tr. 1. exam. 13. cap. 3. nu. 104. Dian. p. 8. tr. 7. ref. 54. <sup>C'aduertit Lop loc.</sup>

Sicut neq; probarem, vt quis tertio, & pluries coi capi per diem, illa ſe ingurgitet, nam licet Ieiunij cit. c. 3. n. 6. legi non aduersetur, intemperantia cu pam certe contraheret.

Hæc amicè ſcripsi ad Amicum, & in primis ve meam dirigerem conscientiā potius, quam altercandi libidine, certuſq; ſum quod is æquus boniſq; faciet